

Ad Magistratus Bergomensium: in omnimoda historia nouissime congesta: Chronicarum supplementum appellata: Prologus.

Pro Ciceronis vestri sententia: clarissimi conciuēs ductus: qui primo officiorum lib. ait. Non solum nobis nati sumus: ortus quoque nostri partes patria vendicat: partem amicis: quorum beneficiis obnoxij maxime sumus: tum etiam maiorum nostrorum illustrium virorum exemplo: qui pro ingenij magnitudine: scientiarum omnium praestantia: et reipublicae gubernandae gloria: patriam nostram varias excoluere per artes: quorum vestigia: pro virili sua emulata prosteritas non paucos extulit cum maioribus suis: tum in humanarum: tum in diuinarum rerum eruditione de laudibus sine laude certantes: Quorum sane ingenia: non admirari modo: verum etiam memoria prosequi dignum censeo. Et cum multa sint patres optimi litterarum studia que summum et decus et ornamentum claris ciuibus afferre possunt: tum maxime historiae incūda cognitio: his potissimum viris: qui multis in rebus versari volunt: magnopere exoptanda est. Nam et si leges diuinae: humaneque: que ad bene recteque viuendum pertinent: laudanda et excolende sunt: multo magis ad bene viuendum conducere arbitror: si cum ipsis fuerit rerum multarum ac virorum illustrium iuncta cognitio. Ille enim leges et vite instituta: haec facta quaedam comparat: et stimulos ad virtutem. Historia enim ad erudiendos homines velut speculum semper mihi visa est: ubi humane vite leges clare inspicuntur: et in ea animus perinde ac quadam face ad optimarum artium cultum accenditur. Si enim praestantissimi conciuēs res veteres si nouas pariter ad memoriam reuocemus: inueniemus opulentissimas ciuitates: praecipuo senum semper floruisse consilio: hi nempe licet etate mala confecti: hoc solum ex multarum rerum experientia atque usum: tantum auctoritatis sibi praestitisse video: Quare cogitanti mihi quonam pacto iuuenes senibus equari possint: id certe fieri posse per historiae cognitionem solum existimo. Non equidem video cur senes iuuenibus anteponamus: si etiam ad pediscendum illustrium virorum: maximarumque ciuitatum res gestas: artes consilia: mentem appulerint. Quod si vnius etatis gesta tantopere senum auctoritati conducere solent: quid totius antiquitatis ampla cognitio: quale dignitate iuuenibus: qui et ingenij et corporis viribus excellunt: afferre censebimus. Quare cum tantum utilitatis ad bene glorioseque viuendum rerum hominumque notitiam habere didicerimus: et multa in eo genere scripta perpetuae memoriae digna: multis proorsus incognita forent: ne me primus ignaue aut socordie traderem. Immo merabiles historias: videlicet a mundi principio usque ad nostram etatem: diuersis ex monumentis vno sub volumine colligere curavi. Et hoc nescius si meo patrieque mee ac parentibus parem gratiam referri non posse: tamen ut aliqua in re patriam demerer meam: has meas lucubratiunculas: vestro magistratui dedicare ratus sum. Nam hoc in loco imitatus viduam: que in euangelio duos duntaxat ereos numeros templo obtulit cum nihil maius haberet quam domino offerre posset: que a domino nostro Iesu Christo plurimum commendata fuit: qui pluris hominum animos quam rem ipsam metiri solet. Et nos profecto eo libentius fecimus: ut vel libro auctoritatem et dignitatem compararemus. Hanc igitur historiam: summo studio: longaque vigilia: curiose: accurateque ex libris innumerabilibus: tum diuinis: tum humanis ad commune omnium commodum collegimus. In hoc itaque libro in primis omnes noui et veteris testamenti historias temporibus et locis suis cum obseruatione libri et capitulorum descripsimus. Reliqua vero icontra ex Herodoto: Diogene: Laertio: Plutarco: Galerio maximo: Livio: Plinio: Strabone: Suetonio: Cypriano: Helio Sparciato: Julio capitolino: Polio trebellio: Fulogelio: Iustino: Drosio: Eutropio: Polierate: Paulo longobardorum historico: Ex poetis autem aliqua fragmenta: ut ex Virgilio: Ouidio: aliisque nonnullis sumpsimus. A nostris vero multis approbatisque doctoribus: Imprimisque Augustino: Hieronymo: et Alimaldo de viris illustribus: Gregorio: Eusebio cesariensi: Isidoro Hispalensi: quorum duorum temporum supputationem semper secuti sumus: quin et ex Beda in historiis anglorum: Gratiano: Vincentio historiali: Martiniana: Leonardo aretino: Blondo forliuensi historicis probatis: Bertolomeo ossa: et Michaele carariensi medico et ciue nostro: ac Platina viro doctissimo: necnon et aliis multis. Multaque

praeterea ex sanctorum viris excerpimus. necnon et ex multarum urbium religionūq;
chronicis: que comode suis locis: suisq; temporibus annotare curauimus. Opus autē
in quindecim diuisimus libros. in quo omnium gentium reges: quibus locis quibusq;
temporibus in suis prouincijs: et quantum regnauerint ab ipso prothoplasio et rege no-
stro Adam vsq; in presens describuntur: videlicet Sertarum: Assyriorum: Aegyptio-
rum: Amazonum: Aedorum: Persarum: Argiuorum: Ahyrcenarum: Atheniensiu-
um: Macedonum: Corinthiorum: Aacedemonum: Lydorum: Iudeorum: Israeli-
tarum: Laurentorum: Tretensum: Albanorum: Latinorum: Romanorum: Bri-
tonum vel Anglorum: Gallorum: Burgundionum: Gothorum: Gandalorum: Lon-
gobardorum: Ungarorum: Hierosolimorum: Tyciorum: Aragonensium: Hispani-
arum: Boemorum: Turcorum: et Germanorum: cum dimensionatione et descriptio-
ne earundem prouinciarum in exordio cuiuslibet regni: et siquid memorie dignū per
omnes generationes natiuitates et regna: et potentatus: et per omne iudiciū: omniumq;
aliorum regum: et principum: Tempora quoq; consulum et imperatorum a primo Ce-
sare vsq; ad Federicum tertium qui nunc imperat: et quibus temporibus fuisse per hi-
storiarum traditum ē: et que gesserunt: vel constituerunt tam pontifices q̄ impe-
ratores ipsi in hoc libro plenissime autenticēq; demōstrantur hic quoq; historico mo-
re singula consulum generationem: vel singulorum progeniē: vel
bis temporibus ipsis vel ante latius que gesserunt: et tempora Olympiadum: in quibus
primus Aegon gymnicus constitutus est. Omnes praeterea viros disciplinis excellentes
tam grecos q̄ latinos atq; hebreos: quoscunq; in omni doctrina reperire potuimus: a
Moyse qui primus hebreorum prophetarum diuinas leges sacris litteris explanauit:
ad hoc vsq; tempus cum opusculorum suorum annotatione summa cū diligentia col-
legimus et locis temporibusq; suis descripsimus. Conditiones etiam multarum urbium
et maxime Italicarum: et siquid in eisdem memorabile habetur in hoc volumine tra-
ctauimus. Et quo tempore aduentus fuit saluatoris nostri Iesu Christi et passio ei⁹ si-
mulq; nomina omnium apostolorum eius atq; discipulorum et pontificum tam iudeo-
rum q̄ christianorum ab Aaron primo hebreorum pontifice vsq; ad Sixtum quar-
tum pontificem maximum: et quantum temporis singuli sederint: vel qui corū sui pō-
tificatus tempore martyrio coronatus sit. Adiunximus et tempora Sylnatuz persecu-
tionumq; quibus Ecclesie ab tyrannide vel heresibus dissipate sunt. Accedunt pre-
terea et tempora omnium Italicozum principum: Ducumq; venetorum: genuensium
Vicecomitum: Turrianorum: Carariensium: Scaligerorum: Astensium: Salate-
sitarum: Ordelaphorum: Amphredorum: Bongiaorum: Pontifferrati: Sabau-
diensium et Veduorum: aliorum quoq; tyrannorum: Ac deniq; ordini omnium tem-
pora tā mendicantiū q̄ aliorum et a quibus sumplere poteritis. Per pauca equi-
dem me praetermississe existimo ex quibuscunq; historijs tam antiquis q̄ nouissimis:
eorumq; sibi gloriam aut sanctitatem aut scientiam aut armis parere potuerunt. Haec sa-
ne litterarum monumenta non tam verborum pompa: q̄ magna illustriq; doctorum
virorum veritate illustrare curauimus: vt non magis ostenderemus hoc i labore: que-
quisq; clarissimus vir gesserit: q̄ quid vnumquemq; facere oporteat. Nō perturbet
obsecro hoc meum scribendi genus. Namq; operis stillum varium et humilem quan-
doq; deprebendetis: quod a me q̄ facillime emanauit: vt professionis nostrae institutu
seruaremus: et operi veluti mendicantis nomen comparare possemus: triginta quippe
annis et eo amplius in religione mendicatu panem comedere consueuimus: nec vnq̄
cuiuis digno aduentanti repastinatu in mensa apposuimus: hoc idē in suscepto opere
facere constituimus: quia quecunq; diuersis ex historijs collegimus vobis tanq̄ mendi-
catum panem diligenti cura in mensa huiusmodi apposuimus. Nam itaq; Chronica
rum supplementum appellari decernimus. Historiam licet imperitissime scriptaz: ve-
ram tamen colligere curauimus. Scio quippe vos collendissimi et doctissimi ciues: ma-
gis fidem ex rerum historia: q̄ verborum pompam desiderare: nec quis vestruz in ele-
gantiam obsecro attendat nostram: sed rerum multarum copiam: diuersitatēq; re-
quirat. Dicere enim ausum: tantum esse in hoc vno cognitionis rerum nouarum et an-

2

tiqvaruz quantuz vix perpauci: qui leguntur in lucem contulerint. **H**unc igitur libel-
lum collendissimi patres suscipite: et interdū recreādi animi vestri causa obsecro quis
qz legat: nec enim quis licet multa eloquentia egregijsqz virtutibus decoratus sit: parui
faciat. **Q**uecūqz enim optime artes (vt premissum est) lōge plus apud omnes auctori-
tatis habent. si cum exemplis prestantissimorum virorum coniuncte fuerint: hinc ē qz
multi doctissimi viri parentem virtutis et vite magistrā hīstoriam appellauerunt. **T**an-
tam certe vim affert rerum gestarum memoria: vt summos sepe viros imitemur: et ad
mirabilem auctoritatē atqz fidem in foro in curia in comitijs ad impellēdos homines
ad prudentiam: ad iustitiaz: ad ceterasqz virtutes prestare videatur. **S**ed iā ad opus
legendum transeamus. **I**n quo si scire volueritis quo mundi anno. vel ante **C**hristi
aduentum: quisqz rex vel dux: aut pontifex regnauerit. vel quoto anno aliqua ciuitas
cōdita fuerit: aut qua tempestate aliquis propheta vel philosophus floruerit i superio-
re libri margine duas lineas videre poteritis. in quibus mundi tempora. et ante **C**hri-
sti aduētum posuimus: et in linearum fronte: ante **C**hristi aduentum: et a mundi prin-
cipio annos diuisimus: vtputa: **A**d Adam vsqz ad **C**hristi aduentum: fluxerunt fm cō-
munem ecclesie opinionem anni. 5199. **E**rgo **A**d Adam ante **C**hristi aduentum: ad su-
periora conuertendo fuit annis. 5199. **S**ubsequenter dicemus: **S**eth filius **A**dē fuis-
se anno mundi. 230. ergo detractis ducentum triginta annis fuit ante **C**hristi aduen-
tum. 4969. **A**c sic vsqz ad quadragesimum secundum imperij **A**ugusti annum: quo
natus est dominus noster **I**esus **C**hristus augendo mundi annos. et minuēdo aduen-
tus sui annos per capita prosequemur: **P**ost aduentum vero **C**hristi: eiusdem na-
tuitatis annos subsequemur: et tamen semper mundi tempora continuabimus.